

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Peter Hinckelmann Georgius Machaus


**De Anabaptismo Disputatio Elenctica Decima Septima, Complectens Sectae
Anabaptisticae Errores, refutatos in locis De Mercatura, Cauponaria,
Contractibus, & Opificiis**

Rostochii: Pedanus, 1613

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737666943>

Druck Freier  Zugang



The image shows the front cover of an antique book. The cover is made of marbled paper with a dark, irregular pattern of light brown, tan, and reddish-brown spots and veins on a black background. A small, rectangular, off-white paper label is pasted near the bottom left corner. The label contains handwritten text in black ink.

P. Kinkelmann.
R. U. theol. 1613.



(1)	Joh. Hallerius, De SS. scriptura	1613
(2)	D. Dreyzener, De Deo trinitate	1613
(3)	N. Waltherius, De Persona Christi	1613
(4)	M. Strikius, De baptismo	1613
(5)	F. Taurianus, De cena domini	1613
(6)	A. Friderici, De peccato originali	1613
(7)	J. Blantshagen, De ecclesia	1613
(8)	J. Nullius, De ministriis ecclesiae	1613
(9)	J. Sperberius, De ministerio ecclesiastico	1613
(10)	E. Loleius, De justificatione	1613
(11)	L. Gammelius, De bonis operibus	1613
(12)	F. von Bülow, De libertate christiana	1613
(13)	P. Schaeffingerius, De magistratu politica	1613
(14)	F. von Dike, De iudicio	1613
(15)	C. Michael, De coniugio	1613
(16)	D. Nestorius, De jure amanto	1613
(17)	G. Nachanus, De mercatoria	1613
(18)	J. Smoldius, De resurrectione	1613

DE ANABAPTISMO
DISPUTATIO ELENCTICA
DECIMA SEPTIMA,

Complectens Sectæ Anabaptistica Errores, refutatos in locis

De

MERCATURA,
CAUPONARIA, CON-
TRACTIBUS, & OPIFICIIS.

Quam

Divinâ S. S. Spiritus assistente gratiâ,

Sub Praesidio


M. PETRI HINKELMANNI

Verbi Divini Ministri,

Private ~~voluntatis~~ subiecit.

GEORGIVS MACHAVS Wistochiensis March.

s. Calend. Septemb. Horâ ~~S.~~ loco consuetis.



ROSTOCHII

Litteris Ioaachimi Pedani, Anno 1613.





S Y N O E Q.

DISPUTATIO CANTICATA BAPTISTICA
XVII.

DE MERCATURA, CAUPO-
NARIA, CONTRACTIBUS ET
OPIFICIIS.

CONTINVATIO.

Eo impudentia (dementiae inquam) nostri adversarij, quibus cum in præsenti nobis negotium, etiam devenere, ut non modò in sacris, verum etiam in ipsa politia ardentes videri satagant, minimè vulgatum illud adagium; ne Sutor ultra crepidam, advertentes. Verum cùm & lippis & tonsoribus notum sit, excusatost corde, perindè de omnibus rebus, ac de die in tenebroso carcere statuere, mirati desistamus. Quod si enim benè videndi facultate hi minus privati essent, non talia scommata, præcætris molestissimis hereticis Redemptori suo gratitudinis loco reponerent, quæ superioribus disputationib; satis apertè ab ipsis objecta & à nobis discussa fuere; pro quibus instantे & approxinquate die recompensationis omnium, quo justus judex Dominus Redemptor & Salvator noster Jesus Christus, omnes pios beabit & coronabit, sua quoq; præmia (neseio quæ) reportabunt. Atq; utut hæc sint, ne nos illius judicij, quod Christus (^a) canepepus & angue odiisse præcipit, prætaci studiosos æmulatores arguant, hisce missis argutationes illorum contra præsentia themata videbimus, & pro virili, astricta veritate easdem usitata methodo annihilare studebimus, valebimus.

^{a)}Luc. 6. 37.

CAPUT PRIMUM.
De Mercatura Cauponaria & Contractibus.

A 2

Error

Error Primus.

Colloq.
Embd.

Non licet merces suas vendere ihs, qui sunt fidei non
sunt, licet in forum venales exposuerint.

REFUTATIO.

a) Mat. 7. 15.

Non licet fidem adhibere ihs, qui, cum sua fidei non sunt,
(a) tum non solum Christi honorem, verum etiam temporalem &
eternam hominum salutem oppugnare, labefactare, quid dicamus?
depravare non erubescunt; non licet, inquam, quamvis se non
mercenarios, sed bonos pastores jaclitent; cuius farina nostri ha-
bentur Anabaptistæ, qui quod fidem Christi honorem spectat, sa-
ris superq[ue] in superioribus disputationibus (ut in continuatione leviter
attigimus,) maxima falsitatis, suaq[ue] sunt convicti malitia. De
posteriori itaq[ue] ipsorum in nos malitia ov[er]e cum illis in praesenti
agemus, eandemq[ue] sequentibus argumentis, cum illorum postmo-
dum ad quemlibet errorem generali subjecta conclusione, refuta-
bimus.

b) Deut.
23. 19.

i. Militant primò contra assertum S. S. Scripturae dicta.
i. Deum enim hisce verbis apud Mosen mercaturam talēm pra-
cepisse legimus. Non foeneraberis (b) fratri tuo ad usuram
pecuniam, nec fruges, nec quamlibet aliam rem; sed alieno.
Est enim usura contractus & certa mercatura species, qua, ac in
mercatura, omnia, perinde pecunia ut alias emuntur &
divenduntur. Venditor enim quantum tradit, tantum empor
(accedente tamen interim venditori quaslibet) repedit. Si
mili ratione, quantum aliquis mutuat, tantum cogitur reddere is,
qui mutuatur (superadditā tamē interim usurā). id saltē inter-
est, ut secundum levia quadam varient accidentia. Imo accedit
& hoc, quod si usuram cum alieno exercere licitum sit, nihil obstat
quod minus mercatura, quæ tam brevi, tanii quaslibet non est,
cum alieno exerceatur. Quod verò per vocabulum (alieno) di-
versus à nostra religione designetur homo, ex opposita voce (fratri),
scop[us]

scopo textus, & super hunc locum commentantibus, abunde patet.
Atq[ue] ne ex sequenti thesi tertia, ubi alienus etiam noster habe-
tur frater, aliquod alicui oboriatur dubium, distinguimus inter
fratrem (cujus in ea thesi agitur) & communionu seu dilectionis,
& inter fratrem, cuius hic sit mentio, religionis, qui tantum, qua-
est discrepantia fidei, favoris aliquid, quod generalem fraterni-
tatem seu dilectionem minime destruit (alias enim & apud nos,
quibus faenus probatur, interiret) dare tenetur. Habentur apud
eundem Prophetam & haec: (c) Aduenam non contristabis, neq[ue]
affliges eum; advenas enim & ipsi fuisti in terra Egypti: qua
verba per se sunt notissima, & proprieatate multâ non egent enoda-
tione, modo applicatio ad Anabaptistas fiat, sic argumentor. Ta-
les advenas, quales fuerunt Israëlitæ apud Egypciós (ut & hic
intelliguntur) nullo modo affligamus: at qui Anabaptistarum fu-
dei non sunt, sunt tales, quales Israelitæ apud Egypciós fuerunt;
E. nullo modo affligantur; id est ne tuas ipsis deneges Anaba-
ptista merces.

II. Homicidium deinde illicitum (d) & oculis Dei abomina-
bile esse, ejusdem furentem premeri iram ex sacris, nemo est,
qui cognôrit. Perpetratur autem quodvis, corde, (e) ore &
opere. Corde quidem, ut primum proximo nostro male cupimus:
ore, eundem extremis proscindendo convictijs: Opere demum,
manus ipsi inferendo violentissimas. Ac ut illorum quodq[ue] pari
passu ambulare astipulemur, primum ita probandum arripio. Prob
Deum immortalem: nisi multos sanctissimi magistratus deterreterez
coercitis, quoties id opere, quod corde intendebarur, exequeren-
tur: in modo complures hac ratione detentos & repulso, alios in-
cadem proximi subornasse & corrupisse, multo tibi experientia
comprobavit. Sitne igitur cordis homicidium diuersum ab ipsa
cœde? Verum quid de secundo? Illud, probò dolor, hodiè intra mu-
ros, intra parietes eosdem sapissimè accidit, ubi his vel illis contu-
melijs proximum ad mortem usq[ue] propelli, eademq[ue] tandem affici

A 3

comperi-

c) Exod. 22.
21. Levit.
19. 33.

d) Gen. 4.
11. 12.
Exo. 20. 13.
Numer. 35.
16.
Deut. 19.
11. 12.
Luc. 6. 38.
e) Matth. 5.
22.
1. Joh. 3. 15.

comperimus : Quid hoc aliud est, quam ipsammet proprijs fecisse
manibus? cum siue corde, siue ore, siue opere neces, unicus & com-
munit perimendo manet moriendi actus, quo nihil acerbius un-
quam laeso accidere potest, quiq[ue] in eadis authorem pariratione à Deo
animadvertisetur. Postremū non sine mærore & dolore per se satis
patet, nec prolixia indiget demonstratione. Resumo & applico jam
primum & secundum ad adversarios nostros Anabaptistas, omni-
bus sibi contrarijs male cupientes & conviciantes. Quid er-
go? Id esse juris statuant, ut se ipse secta & cuidam aliena negotian-
di apud se facultatem admant, id in eandem etiam alias omnes
(quotquot) sectas facere oportere : Quia sententias subsisteret
eamq[ue] alia amplectentur, unde relicta miseræq[ue] secta, vita suppe-
teret sustentatio? certè mors ipsam ita concomitans deniq[ue] inse-
queretur. O suosores crudelissimos! ô igni & aquâ indignissimos!
ô latrocinium atrocissimum!

f) Lev. 19.18.

Matt. 5. 43.

cap. 22. 39.

Joh. 13. 34.

c. 15. 10. 12.

Rom. 12. 9.

1. Cor. 13. 4.

5. 6. & seq.

1. Joh. 3. 18.

cap. 4. 20.

3. Sed & hinc obscuratur & eveniuntur CHARITAS à
flamine sacro nobis sèpiùs in Biblijis inculcata & demandata, eaq[ue]
non modo erga proximum (f) sed & erga Deum. Namq[ue] si quis
dixerit diligo Deum & fratrem suum oderit, mendax est. Qui
enim non diligit fratrem suum, quem videt, Deum, quem non vi-
det, quomodo potest diligere. Atqui qua hic nomine fratris intel-
ligenda veniat fraternitas, generalis an specialis illa sit nobis pau-
lo diligentius acutiusvè inquirentibus ex ipso textu & potissi-
mum ex verbo (videt) faciliter patescit. Videremus autem non
tantum parentes nostros, videremus non tantum germanos nostros
fratres, verum quoq[ue] domesticos nostros videremus, neq[ue] modò illos
tantum, sed & concives, neq[ue] concives tantum sed vel dissimili-
rum locorum advenas: hiq[ue] omnes sunt fratres isti, unum & com-
munem parentem Adamum, simul ac unam & communem ma-
trem Ewam agnoscentes; talisq[ue] fraternitas fusius pleniùs q[ue] S. san-
cta & scriptura dicta, adumbrari, demonstrari, approbari potest,
quorum uno atq[ue] altero ad nos & saltem theses confirmationem
utentes,

ulentes, introducimus Christum ex lege ita perorantem: Diliges
(g) proximum tuum, sicut te ipsum. Quare autem cum legi-
perito Anabaptista, quisnam sit tuus proximus? Quaso Christum
audias eundem depingentem. Homo quidam, (ait,) descendebat
ab Hierusalem in Hiericho, & incidit in latrones, qui etiam de-
spoliaverunt eum, & plagi impositi abierunt, semi vivo relicto.
Accidit autem ut sacerdos quidam descenderet eadem via; simili-
ter & Levita, sed viso eo praterierit. Samaritanus autem quidam
ster faciens, venit secus eum, & videns eum misericordia motus
est. Et appropinquans alligavit vulnera ejus, infundens oleum &
vinum. Et imponens illum in jumentum suum, duxit in diverso-
rium, & curam ejus egit &c. Agè Anabaptista, quaram jam
Christi verbis: Quis horum trium tibi videtur fuisse proximus
illi, qui incidit inter latrones? qui in illum misericordiam fecit,
dicis. Ergò itidem Christi verbis respondeo: vade & fac similiter;
hoc est, ne deneges tuas proximo merces, licet quoad fidē, tantum,
quantum inter Samaritanum & sauctatum, inter vos conveniat.

g) Lue.10.
27.39.

4. Hinc quin & fides (h) destructio, spes amissio, & reliqua-
rum virtutum inducit exilium: undè enim charitas recedit,
ibi fides marcessit, ubi fides marcessit, ibi spes evanescit, atq; ita

h) 1. Cor.13.
2.

— virtutum machina tota.
Imminet assimilis jam jam lapsura cadenti.

5. Videamus & hac. Non furtum facies (i) inquit ipse JE-
HOVA. Negò verò furtum duntaxat hic loci intelligitur illud,
super quod fur deprehenditur, seu cuius multis circumstantijs
multè pòst arguitur; vel quod urgente conscientia ipse commisso
faretur; verum de omni, (k) quā ratione etiam id ipsum effectum
ficerit, furto: sive ex agro proximi sulcum sibi sumat arans, sive
falsa utatur lance ponderans, sive spuria ulna ludat institor, sive
ad vestem nimium poscat sōrtor, seu adulterinā fallat monetarius,
seu secundariā cerevistariorū summātum, ubi unq; proximum pro-
ximo, quāvū calliditate id fiat, contra conscientiam aliquid detra-
hit auf-

i) Exod.20.
15.

k) S. 3. inst.
de oblig.
quæ ex deli-
cto nasc.

bit suferendo. Quorsum hac inquis Anabaptista? arte tem mesu
concretae cupis? En ipse fures, qui e gentem proximum, (quem es
prioribus bene novisse didicisti) commodam ipsi empioneam, quæ
vel vilius vel carius merces suas emeret & redimeret, abnegando,
are privas gratissimo.

V Gen. 23.
16.
cap. 37. 28.
c. 42. 7. 19.
c. 43. 2.

6. Contrariantur quoq; huic falso dogmati S. sancta scriptura Exempla. (1) Abrahamum enim cum Hethais quoq; alienie certe fidei hominibus de uxoris sua sepultura contraxisse, literis consignatum legimus. Idem fecerunt undecim Josephi fratres, Ægyptijs, qui diversa ab istis erant religionis, eundem venditantes: quam mercaturam, licet non spontaneam sed coactam, eò suscepitam potissimum, ne pater Jacob nequitiam ipsorum recisceret, aliquis suisse contenderit, tamen, quia isti mercatores gratiā negotiandi, quamvis non emendi Josephum, quod fortè fortuitè contingit in Israëlitarum regionem concesserint, eandem apud illos fuisse permisam, res ipsa clamat. Et quomodo filij Jacob pro annona in Ægyptum missi, cum Josepho fratre de frumento convenire, sacrum volumen prater hac suppeditat; neq; hinc, quod Josephum cum fratribus suis ejusdem suisse religionis, aliquis dixerit, quicquam obinebitur; quin potius illos Josephi fratres id saliem, ut cum alisque Ægyptiorum de frumento contraherent, quisquis etiam ille foret, sibi proposuisse, cum scriptura sensu praeccepimus. Et si quis consulat Ægyptiacam servitutem, cui quia Israëli a aliquando fuere obnoxii, & tamen fame non perierunt, Ægyptios cum illis contraxisse deprehendet.

7. Si verò aliquis nobis obýceret, satiūs fuisse, si ex novo testamento contra adversariorum opinionem, dicta nostra de promulgatis, idq; hujus ergo, quod se à lege esse liberatos dicant; ipse sibi hoc responsum habeat: ne illos quidem tam stolidos esse astimatores, ut ita à lege se vindicatos esse, ne ulli Decalogi praecepto jam debitam obedientiam prestare teneantur, sed ut quicquid liber, sacer possint, asseverent; imò verò Decalogum omnimodo ad salutem ne-

rem necessarium esse, pluribus obtinere annituntur & allabrant. Si igitur eundem largiuntur, inq; ipsum impingunt, haud immerito quoq; ex ipso reprehenduntur. Nec ad dirimendam controversiam nobis novi testamenti dicta & Exempla desunt, quorum unum hoc in loco de discipulis Christi, in civitatem Mariæ Sichar, sua fidei contrariam: ut ex textu notati in margine Evangelista liquet, emendorum ciborum gratia euntibus (m) duntaxat adducemus: reliqua verò in sequentem errorem, ne hic numerus argumentorum prater necessitatem excrescat, reservabimus, unde vicissim desumi, & ad presentem statum minimo negotio; jure & per bonam consequentiā applicari possunt.

(m) Ioh. 4.
8.

8. Tum ex hoc ipsorum errore gravissima sequitur Politia demolitio. Quia enim huic regioni Deus per singularem providentiam hos, illi verò alios terra fructus, omnes quippè ad generis humani sustentationem largiter concessit: illi suos, alijs à se in religione diversis, denegantes fructus, reliquias omnibus, ut idem faciant, imperant. Atqui ex eo quid emergi arbitrare? cadem bella, horrida bella divinæ; & verè producerentur: agè enim introspiciamus occasionem. Sit hic loci quidam, sit alibi alius, sint in hoc mundo multa hominum millia, qui necessariò quibusdam terra fructibus, apud Anabaptistam vel aliam sectam tantum habendis, indigentes, eosdem ab iisdem petere cogantur: nancisci verò nec precibus nec ære queunt: tatera collige. Idemq; inter duas contrariae religionis personas in simili casu eveniret. Pono nempe maioris ergo luminis casum. Sit hæreticus, cuius parés, frater vel filius decumbit, hic consulente medico illo vel illo utatur remedio, petat autem, unde id præparetur ab Anabaptista vel alio quopiam sectario herbarum species, & non accipiat; Ecce quam facillime sectarius ille decumbentii inferat injuriam, cademq; committat.

9. Opponit sese deniq; huic Anabaptistarum opinioni veneranda antiquitatis consensus, quo unicuiq; factum suum, non adversario nocere debere (n) fuit conclamatum. Ex quo, & superioribus omnibus, quid iam de adversarijs nostris statuendum

(n)ff. de
reg. iur. l.
factura.

B

sit

fit, quisq; haud difficulter percipit, à quibus, dum suum errorem
de mercatura hereticū interdicenda insinuatū volant, non so-
lum pacifica politia interruptio & destrucción, quā hominum
corporalī salutis concidit, sed & quinti ac septimi, praecepit, alio-
rumq; dicatorum & exemplorum sacra scriptura neglectio, qua
gratuita Dei misericordia amittitur, adituq; hominibus ad vi-
tam aeternam obstruitur, (quod ipsi forsitan nesciunt) queritur.

Vide M.
Luc. Osian.
Enchirid.
con. Anab.
c. 10. quæst.
4. f. 270.

Error secundus.

In mercatura & cauponaria multæ committuntur
fraudes quæ non decent Christianos. Ergo ab hisce viræ
generibus abstinere Christiani debent.

REFUTATIO.

Licentia licentiam provocat: id quod in hoc negotio no-
bis quoq; oculos & aures obversatur. Anabaptistæ enim quam-
vis in priori errore, sub conditione (in vocabulis aliena fidei la-
tentie) mercaturam aliquam admittant, tamen ut ibi ex arbit-
rio, eam astruxeré ita & hic vice sám pro libita se destruere
posse dicunt, parum, quod interim sibi metipsis contradictant, cu-
rantes. Unde liceat quidem hunc errorem multis repudiare ope-
ra-premium non sit, tamen, ne vel istum refutandi impotentes, vel
eisdem videamus subscriptientes, ei contranitemur.

Prima the-
sis.

(a) Exod.
21.2.C.22.7.
Levit.19.13.
35. C.25. 14.
& seq. Deut
25.1.2.6.8.C.
25.13.14.15.
Proverb.11.
1.26.C.16.11.
Ela.23.18.

t. Ne verò hic quoq; pro mercatura in allegandis dicas, no-
stro desimus studio, ipsam primo sectamur scripturam, nihilomi-
nus postmodum in thesibus sequentibus futilem ipsorum ratio-
nem, quā opinionem suam stabilunt, scripturā, & rationibus
pragmaticis refutaturi. Deum enim de deposito, commodato &
mutuo leges, quæ, ut ex textu sancto itidem liquet, certi fuerunt
contractus & mercatura, tum & de emptione & venditione, ta-
lisse, passim in Mose & Prophetis legitimis (a). Et Salomon sta-
teram dolosam abominationem esse inquit apud Deum; pon-
dam vero æquum (cujus usus in emptione & venditione) be-
neplacitum Domini. Imò pondus & statuam Domini esse judi-
cia: & abscondentem frumenta, maledici a populis: benedictio-
nem autem esse super caput vendentium. Et de Tyrjs conversis
inquit

inquit Dominus: quod negotiatones & merces eius sanctificatae
sint Domino. Tam & apud Jeremiam, libri emptionis, qui Iu-
daorum fuit, honorificam fieri mentionem legitimus. Et Aposto-
lus non prohibet emere, sed vult, ut, qui emunt, sint tanquam
non possidentes: & mandat ne quis circumveniat in negotio
fratrem suum.

Ier. 32. 11. 12.
Ezech. 45.
10. 11. 1. Cor.
7. 30. 1. Thes.
4. 6.

2. Tum quoq; exempla Sanctorum Dei virorum, qui mer-
caturam exercuerunt, nobis non desunt (b). De Abraham enim
legitur, quod in familia sua habuerit servos emtios; quod e-
merit ab Ephron filio Seor, duplicem speluncam, in sepulturam
conjugis & possessionem monumenti. De Iacobo, quod à fratre pe-
terit sibi vendi primogenitaram: ac emerit à filiis Hemor par-
tem agri, in qua fixerat sua tabernacula. De Josepho, quod eme-
rit omnem terram & Aegypti, vendentibus singulis possessiones su-
as præ magnitudine famis. De Davide, quod emerit ab Areuna
aream, in qua edificavit altare, ut holocausta offerret Domino,
ad averiendam plagam ab Israël. De Rege Salomone quod per
certum contractum, ab Hiram Rege Tyrii, cedros de Libano, ad
structuram templi acceperit. Sic Hieremias secundum verbum
Domini ab Hanameele, patruelis suo emit agrum. Josephum itē
Arimathæum, cuius vita à Spiritu S. de meliore quoq; nota com-
mendatur, circa emendum linteum occupatum fuisse, ex sacris
dilucidissimè constat. Et de mulieribus legitimis, quod emerint a-
romata, ut ungerent IEsum. Historia Ecclesie Apostolorum re-
fert, credentes, quotquot possessores agrorum aut domorum fue-
runt, vendidisse omnia & pretia eorum qua vendiderunt, depo-
suisse ad pedes Apostolorum &c.

(b) Gen. 17.
27. c. 33. 9. &c
seq. c. 25. 31.
c. 33. 19. c. 47.
20. 2. Sam.
24. 24. 25. 1.
Reg. 5. 6. Iz.
rē. 32. 7. 8. 9.
Mar. 15. 46.
Act. 4. 34.

3. Rationem vero qua suum errorem stabilire satagunt, quia multe
fraudes in mercatura committantur, sic refutamus. 1. Quia Spiritus S. omnium
rægrediens, (c) prebans renes & corda, omniam nostrorum gnarus
cogitationum, multæ in mercatura circumventiones fore, optimè perspectum
habens, tamen eandem non abrogari, & eius mentionem, quâ maxime fulcitur
& constat ex sacris, deleri voluit, sed potius eandem sublato abusu mandavit
concessit & approbavit: nostrum quoq; non erit eandem improbare aut abro-
gare. 2. Tum tribuitur in hoc errore id mercaturæ per se, quod ipsi tribu-
endum

(c) 3. Reg.
8. 39. Psal. 7.
10.

endum erat per accidens. Ipsa enim mercatura in se spectata & tanquam res inanimata non officit, officit saltē, prout quisq; illi sese accommodat. 3. Quoniam si venenum perniciōsum nihil homini infert mali, nisi iste præterquam debet illud adhibuerit, eoq; usus fuerit; multo minus mercaturā, quæ neg; per se, ut venenum haberi potest, neq; visa & auditu est abominabile, verum modō ab homine pendet, etra abusum alicui unquam oberit. 4. Sin vero, quod in errore veritati consonum autumant adversarij, tamen procedat; quid, quod minus & ita ratiociner, intersit? Ex sacra scriptura multæ oriuntur & fabricantur hereses; quapropter est reiencia. Veluti propriis. Anabaptismum (ad seckæ eius opinionem) multi perverse intelligunt & interpretantur; Ergo i est revellendus. Hem gratulor mihi de tali extirpando Zizanio.

5. Deniq; refragatur huic negotio. Orthodoxorum Patrum consuetarum, quæ ita; abusum non tollere rei substantiā, sine intermissione ferē intonant, id quo ut alibi sic quoq; hic bene convenire, nemo non sanæ mentis & judicij affirmabit. Plura quidem hic solvendo afferri possent, sed cum eodem ea omnino recidant ne garrire videamur, merito illi supersedemus.

CAPUT SECUNDUM.

De Opificijs.

Error.

Instrumenta & arma bellica, ut sunt armaturæ, gladij, tela, bombardæ &c. Christiano confiscere non licet.

REFUTATIO.

Argumenti huius erroris sis cum præcedenti est eadem: Solutio igitur ex præcedentibus petenda est. Veruntamen ut, & hic aliquid addamus, chartamq; impleamus breuiter in contrarium sensum hac anneximus. 1. Qui gladium sumit, (a) eo peribit, doctrice scriptura eruditur: unde si homicida bicipit gladio prosterni ac puniri debet, gladiarios requiri consequitur. 2. Quoniam Deus in veteri Testamento legitima bella concessit, & adhuc concedit; approbat quoq; & approbat adhuc instrumentorum, que ad illa requiruntur, doctos artifices. 3. Anabaptistæ ipsi inter se ferunt cultrarios, quos, si illorum sententia valeat, nihil secundus fugiant; potest enim homo equè per cultrum ac gladium interimi. 4. Pharmacopœa tam necis quam vita medicamina habent: & Restio restim qua fur strangulatur, conficit. E. & illos abhorre re debemus. 5. Deniq; abusus hic cum usu verò confunditur. Non enim ad id instrumenta bellica, ut iſi cuib; noceantur, sed ut nosmetipſos defendamus, conficiuntur; Quamobrem error non procedit.

SOLI DEO GLORIA.

vid. M. Luc.
Ofian. cōt.
Anabap. c.
10. quæſt. 5.


(a) Matt.
26.52.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn737666943/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737666943/phys_0015)





præsenti hoc errore pronunciet, qui & olim suæ
auctores partim propagatores in Ecclesia ma-
Originem & Alexandrina Ecclesiæ antisitem
Palestinæ; & nunc iterum resuscitatus à nonno-
rum in proscenium educitur, palliatur, com-
impij hujus dogmatis absurditas eò magis inno-
literarum & rationum stateram examinanda

1. Contrariantur illi scripturae dictæ ea, qua
diabolorum & hominum damnatorum aeterna
desituras esse perspicuè confirmant(a): quæ ve-
morientem afferunt: Iram Dei mansuram sup
esse ignem inextinguibilem, interitum aeterni-
tum, iudicium sine misericordia, pronunciatum
extremo dñe abiectum maledictos in supplicio.
Quod si itaq; homines damnati usq; in aeternum
lumen & Diaboli in secula seculorum crucia-
tandem erunt salvandi, aut quis finis penit ipsi?
Nq; est, ut quis cavilletur, vocabulum aeterni-
litam sine fine perpetuitatem, sed periodicam
temporis limitatam diuturnitatem denotare. In
questione accommodari non potest: siquidem
quam convincetur, quod pænae damnatorum
ræ sint, sed potius constat, nullam mutationes
summi iudicis, quo ad statum rerum futuram
aeternum, simpliciter in propria significatione
quid assumitur, profigento reputamus.

2. Deinde & rationes contra prodigiosum hab-
tant. I. Quia damnatorum peccata mortaliæ
temporalia violant & contemnunt aeternum &
videlicet Deum, & aeternam vitam; iustissime
aeternis penit puniuntur. Cum enim duplex si-
cundum intentionem acerbitatu, & secundus

